



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Ne cadauera pallio altaris cooperiantur. cvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

sacramento accipitur, & patenam ad aliud officium habet quàm altaris ministerium, deterrendus est exemplum Balthazar, qui dum vasa domini in vsus communes adsumpsit, vitam pariter cum regno amisit.

Quòd licitum sit episcopis cum consilio cleri de thesauro Ecclesie sue familie in necessitate succurrere. Cap. CVI.

Ex cõcil. Auernẽ. cap. 5. **L**icitum sit episcopis presentibus presbyteris & diaconibus de thesauro Ecclesie familie & pauperibus eiusdem Ecclesie, secundum canonicam institutionem iuxta quod indiguerint erogare.

Ne cadauera pallio altaris cooperiantur. Cap. CVII.

Ex eodẽ, cap. 30. **N**e oportorio dominici corporis, vel altaris non vniquam corpus dum ad tumulũ euehitur obtegatur, nec sacro velamine dũ honorantur corpora, altaria polluatur. *Ne ad nuptiarum ornatum diuina ministeria prestantur. Cap. CVIII.*

Ex eodẽ, cap. 8. **N**e ad nuptiarum ornatum ministeria diuina prestantur, & dũ improborũ tactu vel pompa secularis luxuria polluantur, ad officia sacri mysterij videatur indigna. *Ut Ecclesia seculari potẽtia minime peruadatur. Cap. CIX.*

Ex cõcil. apostolo. cap. 31. **S**i quis episcopus secularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur, & segregetur, omnesque qui illi communicant. *De presbyteris qui Ecclesias suas per precium acquisierint. Cap. CX.*

Ex cõcil. Mogũti. cap. 5. **Q**vicunque presbyter per precium Ecclesiam fuerit adeptus, quoniam contra Ecclesiasticã regulã disciplinam agere dignoscitur, & qui alium presbyterum legitimum ad Ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vendicauerit, omnimõdis deponatur. *Ut nullus laicus ab Ecclesia sua presbyterum eicere presumat. Cap. CXI.*

Ex eodẽ cap. 29. **V**t laici presbyteros non eiiciant de Ecclesiis, nec constituant sine consensu episcoporum suorum. *Item de illis qui presbyteris Ecclesias auferunt. Caput CXII.*

Ex cõcil. Cabillon. cap. 42. **I**nuentum est quòd multi arbitrij sui temeritate, & cupiditate, presbyteris quibusdam Ecclesiis absque consensu episcoporum Ecclesias dant vel auferunt.